

promissionem inter viuos.

21 Decima est coniectura, quando in donatione adiectum fuit pactum de non reuocando ipsam donationem. Hoc etiam casu præsumitur donatio inter viuos, & si alia qua mortis mentio facta est. Ita Bart. Ang. & Castren. in l. vbi ita donatur, ff. de don. Bar. in l. vlt. nu. 1. C. de pactis. Dynus in consil. 44. in 3. dubio. Ang. in consil. 175. num. 6. Cast. in consil. 61. num. 1. & in consil. 75. num. 2. lib. 2. & in consil. 98. Notandum est, lib. 1. Abb. in c. constitutus, de relig. dom. Aret. in consil. 41. num. 6. in fin. & in consil. 74. col. 2. vers. 1. ratio. Alex. in consil. 14. nu. 3. lib. 1. Corn. in consil. 158. ad finem, lib. 4. Rim. Sen. in l. vltim. colum. 4. C. de pactis. Ruin. in consil. 178. in fin. & in consil. 182. nu. 6. lib. 1. latè Ias. in l. non omnis, nu. 3. ff. cert. pet. & in l. quæ dotis, num. 30. ff. solut. matr. Ferrarius in caute, 30. Rip. lib. 3. respon. cap. 11. Hos magna ex parte, & alios refert Antonius Gabr. lib. 2. conclusio num. in tit. de iureiurand. conclus. 9. numer. 2. Et his accedunt Bell. in consil. 60. nu. 13. Curt. Iun. in consil. 39. num. 6. Andreas ab Exea in commentarijs pactorum, num. 501. Baldoinus in institut. de donat. in princ. Mantua in consil. 102. col. 1. Natta in consil. 104. nu. 6. lib. 1. Didac. in rubr. extr. de testa. in secunda parte, nu. 11. Iulius Clarus in §. donat. quæst. 4. in fin. Roland. in consil. 8. num. 26. lib. 1. & in consil. 61. nu. 43. lib. 2. Rim. Iun. in Inst. de don. in prin. n. 970. & Mascardus de probat. conclus. 561. n. 6. Et Rota Rom. in decis. 366. col. 1. in 1. p. & ij oēs moti sunt ex l. vbi ita donatur, ff. de don. His constat hanc esse receptam opinionem, etsi dissentiant permulti relati à Gabriele in d. conclus. 9. num. 2. vers. tamen contrarium, vbi refert Accursium, Baldum Angelum, Alexandrum, Crotum & Iasonem. Et quibus addo Curtium Iuniorem in consil. 56. num. 2. & num. 3. Paris. in consil. 16. num. 13. lib. 3. Soc. Iun. in l. sciendum, nu. 40. de leg. 1. & in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 94. ff. de verb. oblig.

Et prædicta quidem opinio locum habet multò magis, quando adhibitur pactum de non reuocando. Ita Gabr. in d. conclus. 9. nu. 1. recenset scriptis permultos. Quibus accedit Rol. in consil. 8. nu. 26. & 27. lib. 1. & in consil. 61. nu. 44. lib. 2.

Dissentiant tamen Corn. in consil. 126. col. 2. lib. 1. Iason in consil. 60. col. 5. vers. 2. respondeo, lib. 3. Dec. in l. non omnis, col. 3. ff. cert. pet. & ibidem Ale. Paris. consil. 16. num. 14. lib. 2.

Et præterea hæc coniectura locum habet multò magis, quando duplex actus intercessit, nempe donatoris, pactum de non reuocando, & stipulatio notarij. Ita Aret. in consil. 74. col. 2. vers. 2. moueor, & c. qui huius opinionis refert, & Bar. in d. l. quæ dotis, sol. matr. ex text. l. cum maritus, §. vlt. ff. de pact. dotal.

Extenditur hæc coniectura, vt locum etiam habeat, quando facta est promissio de non reuocando donationem certo casu, vel aliqua eueniente conditione. Nam illis in casibus, quibus facta est promissio non reuocandi, donatio præsumitur inter viuos, in alijs verò dicitur esse causa mortis, ita Bart. in l. si alienam, §. 1. ff. de donatio. causa mortis, qui distinguendo dixit, quod quod donatio est facta in contractu, hoc est actu inter viuos, & promissum fuit, quod non posset reuocari, nisi præmoriere donatario, eo casu quo donatarius præmoreretur, donatio esset causa mortis in reliquis verò casibus, in quibus est promissum non reuocare, dicitur, & censetur donatio inter viuos, quæ facta natura reuocabilis non est, & Bart. sebr. sunt Cast. Imola & Rom. ibidem, & idem in consil. 82. In ista donatione, col. 1. lib. 2. Corn. in consil. 289. num. 9. lib. 4. Ruin. in consil. 129. nu. 6. & in consil. 180. nu. 9. lib. 1. qui quidem postremo hoc in loco respondit, promissionem de non reuocanda donationem nisi in casu ingratitude, efficere, vt quo ad hunc casum

donatio sit causa mortis, reliquis verò in casibus, in quibus promissio est de non reuocando, est donatio inter viuos. Idem in pacto de reuocando per solam rei donationem alienationem respondit idem Ruin. in consil. 82. nu. 5. & 6. & 19. lib. 1. Et Sigismundus post consilia Bruni in consil. 5. num. 5. 6. & 7. qui refert similia, sic etiam Bart. sequitur Andreas Pomates in addit. ad Bartol. in dict. l. si alienam, §. 1. Andreas ab Exea in commentarijs de pactis, num. 503. Gulielmus Bened. in cap. Raynutius, in verbo testamentum, il 4. num. 23. vers. 3. lin. ita, de testam. Did. in rub. de testam. in secunda parte numer. 11. vers. nec verba, & Rim. Iunior in Inst. de donatione, in princ. num. 972. Et huius quidem sententiæ est ratio à Bart. rectè perpenia, quod sicuti donatio illa tota dicitur inter viuos, quando donator promisit eam non reuocare quocunque casu, d. l. donator, ff. de don. causa mortis. Ita etiam dicitur inter viuos, atque ita irrevocabilis quo ad certum casum ab ipso testatore promissum. Permissum fuit enim argumentum de toto ad partem, l. quæ de tota, ff. de rei vend. cum similibus. Et hæc quidè recepta opinio retinenda est in iudicijs præsertim, tametsi ab ea disenserint nonnulli in d. l. si alienam, §. 1. & Ang. in consil. 254. nu. 4.

28 Declaratur primò hæc coniectura, vt locum habeat, quando promissio de non reuocando est adiecta ipsi substantiæ donationis. Secus si posita est in parte executiua. Ita declarant Ias. in consil. 60. col. 3. lib. 3. Decius in l. non omnis, num. 10. ff. certum petatur, idem in consil. 305. num. 5. & in consil. 470. num. 2. Curt. Iun. in consil. 56. nu. 2. & 3. Et hos refert, & sequitur Gabr. in dic. conclus. 9. nu. 4. & sic Rim. Iunior in loco iam sepius citato, nu. 984. Didac. in rubr. de testam. in 2. par. nu. 12. & 13. Natta in consil. 104. num. 6. Ita etiam intelligo Paris. in consil. 16. num. 14. lib. 2. cum dixit, quod promissio de non contrahendo donationi, intelligitur sequi naturam ipsius donationis, sic & Gabr. in consil. 61. lib. 1. & Mascard. in tract. de prob. conclus. 561. nu. 2.

29 Declaratur secundo, vt locum habeat, quando adiectum est vt nullo casu reuocari possit, secus verò si certo tantum casu, quia in alijs manet donatio causa mortis, vt diximus supra in extensione.

Declaratur tertio, vt non habeat locum hæc coniectura facta in donatione facta in testamento. Nam tunc est facta est cum promissione de non reuocando, adhuc dicitur reuocari posse. Ita Gulielmus Bened. in d. ca. Raynutius, in verbo testamentum, il 4. nu. 29. vers. quarta, & vltima est limitatio. de testam. quem secutus est Gabr. in d. conclus. 9. num. 9. Et his accedunt Ias. in consil. 6. col. 6. vers. 3. respondetur, lib. 3. Ruin. in consil. 129. nu. 7. lib. 1. & Soc. Iun. in consil. 114. nu. 13. lib. 3.

Cæterum dissentiant Rom. in consil. 171. nu. 7. Imola in l. Seia, §. vlt. ff. de don. caus. mort. Afl. in c. 1. §. donare, nu. 40. qualiter olim feud. alien. poter. Boer. q. 353. n. 5. & Ripa in l. nemo potest, num. 35. de leg. 1. scribunt ij, quod facta donatio hæc non sequitur naturam ipsius testamenti, sed quod reuocato, vel annullato testamento, tunc censetur reuocata donatio.

Huc facit quod tradit Bartol. in l. cum quis decedens, §. codicillis, numero quinto. de leg. 2. cum dixit factam confessionem in testamento factam, esse irrevocabilem, ex quo ius parti quæsitum est. Et Bartol. secuti sunt congesti à Tiraquello in tractat. de legibus conubial. in gloss. 3. numer. 95. qui, & dissentientes commemorat.

Declaratur quarto, vt locum non habeat, quando non posset valere tanquam donatio inter viuos, sicuti quando quis donaret omnia bona sua presentia, & futura. Hoc sanè casu, & si adiectum fuit pactum de non reuocando, attamen non dicitur donatio inter viuos. Ita in specie responderunt Cast. in consil. 75. Notandum est, lib. 2. & Socin.

Soc. sen. in consil. 130. lib. 1. quos secuti sunt Crot. & Crauet. in rub. de leg. 1. ille nu. 6. iste nu. 156. Iulius Clarus in §. don. q. 19. Mascard. conclus. 561. n. 7.

Declaratur quinto, vt non procedat, quado quis habens facultatem eligendi aliquem post mortem suam, vt possit succedere testatori, donaret per modum electionis adhibita promissione de non reuocando. Ita Petrus Peralta Hispan. in l. cum pater, §. si filia, numer. 90. ff. de leg. 2.

33 Undecima est coniectura, quando donator facta reservauit sibi multa bona ex donatis, vt de illis posset disponere. Hoc etiam casu præsumitur donatio inter viuos, etsi mortis mentio in eo facta fuerit. Ita Bal. in consil. 107. Anno Domini, col. 1. vers. præterea retentio, lib. 2. quem secutus est Crauet. in consil. 214. num. 12. & 15. qui multis rationibus comprobauit, & idem in consil. 617. n. 1. Ita etiam Rolan. in consil. 61. num. 42. lib. 2. qui eiusdem opinionis commemorat Alex. Soc. Ruin. & Bertrandum.

34 Duodecima est coniectura, quando facta donatio in sinuata. Hoc casu pariter præsumitur donatio inter viuos, cum alioquin in sinuata non requiritur in donatione causa mortis. Ita Ias. in consil. 6. col. 3. lib. 3. quem secutus est Crauet. in d. consil. 214. num. 16. intelligit tamen Ias. in d. consil. 8. col. 7. nisi expressè dictum fuerit, quod ad cautellam adhibita fuit in sinuato.

Decimatercia est coniectura, quado in ipsa donatione facta fuit clausula constituti, qua dominium, & possessio transferuntur in donatarium. Nam tunc præsumitur donatio inter viuos. Ita Rol. in consil. 61. n. 46. lib. 2. post Ang. in l. quamuis, §. si conductor, vbi etiam Alex. ff. de acq. poss. idem Alex. in consil. 81. col. 4. lib. 2. & Paris. in consil. 98. num. 21. lib. 2.

Declaratur hæc coniectura vt locum habeat, quando donatio est facta simpliciter facta, secus si dictum est causa mortis, ita Paris. in consil. 16. num. 11. & 12. lib. 2.

Decimaquarta est coniectura, que cum precedenti conuenit, quando scilicet in ipsa donatione facta adhibita fuit clausula ad habendum, tenendum, & c. Nam tunc præsumitur donatio inter viuos. Ita in specie respondit Roland. in d. consil. 61. nu. 48. lib. 2. post Bal. in consil. 108. in fin. lib. 3.

Decimaquinta coniectura est, quando donatio facta fuit coniuuata personæ. Nam tunc præsumitur facta donatio inter viuos, etsi facta est sub commemoratione mortis. Ita Comen. & Rom. in l. quæ dotis, ff. sol. matr. quos secuti sunt Socin. sen. in consil. 137. col. 2. lib. 1. Rolan. in consil. 51. num. 49. lib. 2.

*Donatio causa mortis quando præsumatur, etsi nulla mortis mentio facta est.*

S V M M A R I V M.

1 Donatio in qua mortis non fit commemoratio, inter viuos censetur.

2 Donatio in dubio potius inter viuos, quam causa mortis præsumitur.

3 Donatio facta ab agrote, si mortis non fiat mentio, inter viuos præsumitur.

4 Donatio mortis causa ex præsumptionibus, & tancitatis censetur, nulla etiam facta mortis commemoratione. Si de re reddenda conuentum sit n. 5. si donatio pio loco ab infirmo facta sit, qui ex ea infirmitate decessisset, n. 6. Si simpliciter facta via leue non posset vt inter viuos, n. 7. Si quinque testes fuerint adhibiti, n. 8. Si donatio fiat tempore pestis, aut ab infirmo ex pacto, n. 10. Si fiat ab ingrediente religio, qui animo probandi se protestaretur ingredi, n. 11. Si mentio mortis in alia instrumenti parte fiat, ad quæ haberetur relatio, n. 12. Si donas dixit, relinquo tibi bona mea, n. 13.

9 Voluntas vt verbis, ita & facto declaratur.

Cum nulla mortis mentio facta est in donatione, illa censetur facta donatio inter viuos, sicuti scribunt omnes in l. quæ dotis, ff. sol. matr. Et quando verè sumus in dubio, præsumitur potius donatio inter viuos, quæ causa mortis. Ita Bal. in consil. 107. Anno domini, col. 3. vers. præterea, lib. 2. & Roland. in consil. 61. n. 29. lib. 2.

Extenditur hæc sententia, vt locum habeat etiam, quado ab infirmo ægrotaute facta est. Nam si nulla facta est mortis mentio, præsumitur inter viuos, l. Seia, §. vltimo, ff. de don. causa mortis, vbi Comen. & Imola. Idem affirmarunt Alex. Ias. & reliqui in l. quæ dotis, ff. solut. matr. & alios recenset Rim. Iun. commentarijs ad tit. de donat. in inst. in princ. n. 874. & alijs comprobat Rol. in consil. 8. nu. 35. & 36. lib. 1. qui declarat, vt dicemus infra in quinta coniectura.

Declaratur nunc hæc iuris, & Doctorum sententia, vt locum non habeat, quando contrarijs coniecturis, & præsumptionibus constaret, donationem esse causa mortis.

Prima est coniectura, quando conuentum fuit de re ipsa reddenda. Nam tunc præsumitur donat. causa mort. Ita Bart. & Imola in l. Seia, §. vlt. ff. de donat. causa mort. Rim. in loco præallegato, nu. 989. Et ij moti sunt eo text. d. l. Seia, §. vltim. Et repugnat naturæ donationis inter viuos, quæ non reuocatur, conuenit verò donationi causa mortis, debet ergo censeri donatio causa mortis.

Secunda est coniectura, quado facta donatio fuerit pio loco ab infirmo, qui ex ea infirmitate decessisset. Hoc casu præsumitur donat. causa mort. etsi nulla mortis mentio facta esset. Ita gl. & Butr. in c. in his, de sepul. Rom. in consil. 229. num. 1. vers. 2. quia, Alex. in consil. 81. col. 1. lib. 1. Rim. Iun. in præcitato loco, nu. 992. Rip. in tract. de peste, in tit. de priuileg. contractuum, n. 171. & Mascard. de probat. conclus. 361. num. 9.

Tertia est coniectura, quando donatio simpliciter facta valere non posset, vt inter viuos. Nam tunc præsumitur facta causa mortis. Ita Bald. in consil. 108. Dom. Ioanna, col. pen. lib. 1. Corn. in consil. 126. in fin. lib. 1. Gratus in consil. 70. col. 1. lib. 1. Socin. sen. in consil. 130. col. pen. & in consil. 137. col. 2. lib. 1. Crotus in rubr. de leg. 1. num. 23. Afl. in decis. 338. nu. 8. Ripa in tract. de peste in 2. part. num. 79. in fi. Crau. in consil. 52. nu. 4. Rim. Iun. vbi supra, nu. 993. qui prædictos recenset. Et illis accedunt Cast. nu. 75. notandū quod statutum, n. 3. ver. pot dici melius, lib. 2. & retuli in præcedenti præsumpt. nu. 32. Ruin. in consil. 51. col. 2. vers. & dato, & in consil. 52. col. 2. vers. & idem in casu nostro, lib. 1. Socin. sen. in consil. 130. num. 7. & consil. 137. num. 1. lib. 1. Guliel. Bened. in c. Raynutius, in verbo testamentum, il 4. num. 25. de testam. Socin. Iun. in consil. 21. col. vlt. vers. & pro hoc in fortioribus, lib. 2. Rol. in consil. 8. num. 23. & in consil. 65. nu. 13. lib. 1. & Thobias Nonius in consil. 55. num. 8. & Ant. Gabr. lib. 2. conclus. tit. de iureiur. conclus. 9. num. 8. qui num. 9. subiungit post Gulielmum Benedictum, quidem esse, quando pro parte tantum annullaretur, & hæc quidè coniectura procedit multo magis, quando in donationis instrumento apposita fuisse clausula, omni meliori modo. Nam tunc si non potest ob aliquem defectum valere, vt donat. inter viuos, valere potest, vt donatio causa mort. Ita in specie respondit Corn. in consil. 289. num. 10. vers. item concurrat, lib. 4. quem secuti sunt Paris. in consil. 90. num. 10. lib. 3. Crauet. in consil. 214. num. 19. & Roland. in consil. 8. num. 24. lib. 1. & afferunt exemplum, quando facta est donatio omnium bonorum presentium & futurorum, quæ non valet secundum communem opinionem, de qua apud Doct. in l. stipulatio hoc modo concepta, de verb. oblig. & in l. vlt. C. de pactis, vt etiam in dona,

in donatione inter viuos excedente quingentos aureos, nulla facta infinuacione, iuxta l. sancimus, C. de don.

Quarta est coniectura, quando in donatione simpliciter facta quinque testes adhibiti fuerunt. Hoc etiam casu præsumitur donatio causa mortis. Ita responderunt Cor. conf. 124. nu. 7. & in conf. 126. nu. 8. lib. 1. Dec. in conf. 470. col. 2. Goz. in conf. 80. nu. 15. quos secutus est Rim. lun. in præcitat. cōmentarijs ad tit. de don. in inst. in princ. nu. 997. Et his accedunt Iaf. conf. 6. col. 4. vers. item in dicto testamento, lib. 3. Dec. in confil. 305. in fi. Cur. fan. in conf. 15. nu. 2. vers. secūdo principaliter. Nat. in conf. 113. nu. 3. Decian. in conf. 3. num. 3. lib. 3. Ea est huius sententiæ ratio, quod ita factio sicuti per verba voluntas declaratur, l. Paulus. ff. rem rat. haberi, & copiosè scripsi in commentarijs de recuper. poss. remed. 15. num. 124. cum ergo hoc factum adhibitionis quinque testium conueniat donationi causa mortis, sequitur dicendum in dubio donatum causa mortis, arg. l. non codicillum, C. de testam. Et accedit, quod si præsumetur inter viuos, tres alij testes superuacanei essent.

Cæterum ab hac opinione dissentiunt Ripa lib. 3. responsorum, c. 9. nu. 4. Natta in confil. 103. nu. 13. lib. 1. & Rolandus in conf. 61. nu. 59. lib. 2. qui scribunt, hanc vel leuem, vel minus veram esse, cum nil repugnet, quin & in donatione inter viuos adhiberi possint, quinque testes. Et quamquam testes tres ultra necessarium fuerint adhibiti, attamen abundans cautela non nocet, l. qui mutuatam, ff. mand. Nec repugnat, tex. l. nec codicillum, C. de testam. quia ille procedit, quādo id quod adhibetur, repugnat substantiæ actus, sicuti repugnat hæredis institutio codicillis, vt declarabimus in sequenti libro in 3. præsumptione.

Quinta est coniectura, quando donatio fit tempore pestis, siue ab infirmo ex peste, siue a quouis alio existente in loco contagioso. Ita Corn. in conf. 124. lib. 4. & Ripa in tract. de peste, tit. 2. de priuileg. contractuum causa pestis, num. 172. & num. 176. qui multis comprobatur, & Rim. lun. in inst. de donat. in princ. num. 102.

Et idem est in alio ærotante, si modò aliqua aliq̄ cōiecturæ concurrant. Ita Roland. in conf. 8. num. 35. & 36. lib. 1. sic declarando Corneum in conf. 126. lib. 1. & Gozad. in confil. 80. col. 3.

Sexta est coniectura, quando quis ingrederetur religionem protestando, quod ingreditur animo probandi, vel quod per actum illum ingressus, non intendit profiteri: & simpliciter donaret monasterio bona sua, vel alteri. Hoc etiam casu præsumitur donasse causa mortis, & si nulla mortis mentio facta est, cū donasse videatur sub conditione, si mors ipsa civilis, hoc est, professio sequetur. Ita Host. 10. Andr. Cardinalis, Abbas, Anch. & Imola in c. pen. de reg. Iaf. in auth. si qua mulier, in fin. C. de sacros. eccl. Rim. lun. in loco præalleg. num. 375.

Septima est coniectura, quando sit mortis mentio in alia parte instrumenti, ad quam deinde haberetur relatio. Nam & tunc præsumitur facta donatio causa mortis. Paris. in conf. 16. num. 5. lib. 2.

Octaua est coniectura, quando donans dixit, relinquo tibi bona mea. Ex quo enim verbum, relinquo, ad morientes tantum pertinet, l. 1. §. vt. ff. de tab. exhibed. præsumitur donasse. Ita Guid. Papæ in ling. 357. & Rip. in tract. de peste, in tit. de priuileg. contractuum, nu. 177. & Mascard. in d. coneluf. 561. num. 20.

Nona coniectura est, quando donatione simpliciter facta is donans confecit statim testamentum, in quo fecit mentionem dictæ donationis. Ita Chassan. in consuetud. Burgundiz, tit. 7. de success. §. 5. nu. 10. ex sententia Curtij senioris, in conf. 44. super duobus publicis, col. 3. & secutus est Mascard. de probationibus coneluf. 561. num. 21.

Donatio causa mortis, quando reuocata præsumatur?

S Y M M A R I V M.

- 1 Donatio causa mortis secundum Iustin. tribus casibus censetur reuocata.
- 2 Donatio causa mortis, & legati à pari procedunt, ideo ab vnius ad alterius reuocationem, licet argumentari.
- 3 Donatore reuoualescente ab infirmitate, in qua donauit, præsumitur reuocata donatio. Idque ipso iure, absque alio pacto. num. 4.
- 5 Donatio nullo graui periculo instantis mortis facta, per reuoualescentiam non præsumitur reuocata.
- 6 Donationem, qui ob reuoualescentiam dicit reuocatam, quid probare debeat.
- 7 Donatore mortuo, eiusque hærede asserente donationem reuocatam fuisse ob reuoualescentiam priorem, quid probare is debeat.
- 8 Donatio causa mortis reuoualescente donatore non reuocatur, si id se nolle declarauerit.
- 9 Donatio causa mortis penitentia donatoris reuocatur. Quæ penitentia, vel verbis declaratur expressè, vel factis tacite, num. 10. Et duobus probatur testibus, secundum Decium, num. 11. Verius tamen est expressam quinque, tacitam duobus probari, num. 12.
- 13 Donationem penitentia reuocatam indicium est, si nulla necessitate urgente donator rem donatam alienet. Id autem quomodo accipiendum, num. 14. & 15.
- 16 Inimicitia inter donatorem, & donatarium exorta, signum est donationis causa mortis reuocatæ. Idem esse in legatario, & testatore, nu. 17. Idque procedere, etsi in testamento, vel codicillis postea confectis, nullam reuocatæ donationis mentionem fecerit, nu. 18. Aut etiam per errorem facta fuerit legati solutio, nu. 19. Nec refert etiam si donatio ob specialia donatarij beneficia processerit, num. 20.
- 21 Inimicitia inter donatorem, & donatarium culpa donatoris interueniente, non præsumitur donationis facta reuocatio. Contraria tamen opinio probabilior, & ratio eius, num. 23. Idem in testatore, & legatario, num. 22.
- 24 Penitere propriè dicitur, qui proprium errorem detestatur, & à proprio factio recedit.
- 25 Inimicitia, ob quam donatio causa mortis reuocata præsumatur, grauis esse debet.
- 26 Inimicitia graues, quæ sint inter donatorem, & donatarium, aut testatorem, & legatarium, num. 27. 28. 29. 31. 33. 34. & 36.
- 30 Adulterium vxoris, inimicitia censetur sufficiens, ob quam donator, vel testator, legatum, vel donationem causa mortis confectur reuocasse.
- 32 Occidere is dicitur, qui graui infirmitate laborantem deserit, & negligit.
- 35 Altercatoria verba non arguere legati reuocationem.
- 37 Iniuria, quæ dicatur atrox, iudicis relinquitur arbitrio.
- 38 Inimicitia secuta reconciliatione donatio, vel legatum factum reuoualescit.
- 39 Donationem causa mortis, vel legati, expressa vel tacita penitentia reuocatam præsumi, vtrum locum etiam habeat, nullo hærede instituto, num. 40.
- 41 Decedere sine hærede, quando interdum quis possit.
- 42 Donans causa mortis alterius, non potest sua penitentia reuocare.
- 43 Donatio præmoriens, causa mortis donatio caduca fit, & resoluitur.
- 44 Donatio facta vxori, ipsa præmoriens resoluitur.
- 45 Donatore & donatario simul præmorientibus, in dubio præsumitur donatorem prius decessisse, vt valida sit donatio.

Explicauit superiore præsumptione, quibus coniecturis donatio causa mortis præsumatur facta. Nunc dicendum est, quibus præsumatur reuocata. Hic prius dicendum est, tres tantum reuocata. Corn. in inst. de donat. Quos sanè casus explicaturi, prius admoneamus, licere argumentari à reuocatione legati ad reuocationem donationis causa mortis, cum à pari procedant, l. illud. ff. de donat. causa mortis.

Primus est, quando donator qui infirmitate laborans donauit, ab ea ægritudine recoualuit. Hoc sanè casu præsumitur sua voluntate reuocata donatio. Ita scribunt gloss. in inst. de donat. in princ. in verbo, superuixisset, vbi latè post alios Riminal. iun. nu. 1110. Bart. & reliqui in l. non omnis, ff. si certum petat. Et manifestè probat tex. l. 1. in princ. ff. de don. causa mortis, cum dixit iurisconsult. eū qui causa mortis donat, ea mente dare vt statim quidem accipientis fiat, si tamen conualefcit, velit id ad se reuerti. Ea enim condicione infirmus donat, si ex ea infirmitate decedat. Ergo sub contraria condicione, nempe si reuoualescat, reuocare dicitur, iuxta l. aliquid. ff. de cond. & demon. cum similibus.

Et hæc quidem reuocatio per ipso iure fit absque alio pacto. Ita tradunt Bart. in l. 3. in fi. ff. de don. causa mortis. Bal. in l. vlt. Co. de posthum. hæredib. instir. Corn. in conf. 126. num. 10. lib. 1. Guliel. Bened. in c. Raynuius, in verbo, testamentum. il. 4. num. 41. de testam. Moder. Parisien. in commentarijs ad Consuetudines Parisien. in §. 82. num. 2. Alciat. in d. l. non omnis. Alba in conf. 65. num. 2. & Rimin. iun. præcitat. in loco, num. 1016. testatur esse receptam omnium opinionem. Quam quinque iuris locis egregiè probauit. Et rationes Decij in d. l. non omnis, dissentientis confutauit.

Declaratur primò hæc præsumptio, & coniectura, vt locum non habeat, quādo donatio facta fuit, per nullo graui periculo instantis mortis. Nam tunc non præsumitur facta donatio ob imminens mortis periculum, ex quo nullum instabat, & propterea per reuoualescentiam ab ea infirmitate non censetur reuocata donatio. Ita Castr. Iaf. Dec. & Alc. in d. l. non omnis, ff. si cert. pet. Didac. in rubr. de testam. par. 3. nu. 13. Rimin. iun. in loco supra alleg. num. 1033. Quibus accedit Castr. in conf. 385. si que ritur vtrum, nu. 2. lib. 1. qui de donante causa mortis, ob leuem febriculam, qua vexabatur, sic respondit. Ita quoque Iulius Clarus in §. donat. quest. 15. in fine. Et hac in re obseruandum est primò, quod is qui dicit donationem per se reuocatam, ob reuoualescentiam, probare debet, infirmitatem qua detinebatur donator, quando donauit, grauem, & periculosam fuisse. Ita Castr. in d. conf. 385. nu. 1. Coniecturis autem infirmitas hæc ad mortem probatur, vt si medici id affirment, vel custodes qui eius curam præerant, attestentur graues eius querelas & lamentationes fuisse, vel si alia dedit signa timoris mortis, vel si sacrosancta ecclesiæ sacramenta suscepit, sicuti Castr. ipse explicat. Est & secundo obseruandum, quod donatore postea mortuo, si eius heres asserat donationem ob id censerit reuocatam, quod ipse donator ab ea infirmitate, ob quam donauit, recoualuit, etsi deinde ex alia decesserit, is inquam hæres probare id debet. Ita docuit Riminal. in præcitato loco, hoc est, in inst. de donationibus, in princ. num. 1032. auctoritate glossæ in leg. licet, ff. de donatio. causa mortis. mol. in leg. Senatus, §. sed mortis causa, ff. eod. & Parisij in conf. 115. num. 13. lib. 4.

Declaratur secundò, vt locum non habeat hæc coniectura, quando ipse donator post reuoualescentiam, declarauit velle decedere cum eadem voluntate. Nam tunc firma manet donatio quasi ex noua, & recenti dispositio-

tionem. Ita respondit Castr. in d. conf. 385. in fi.

Secundus est casus, in quo reuocata, & extincta censetur donatio hæc causa mortis, quando ipsum donatorem penituit donationis, §. 1. in inst. de don. & ibid. gloss. in verbo, penituitisset.

Cæterum penitentia hæc solet, vel expressa esse per verbum, vel tacita, vt factis. Verbis expressa, vt si donator ipse dixit, se donationis penitere.

Et huius quidem penitentia declarationem duobus testibus per probari posse scripsit Dec. in d. l. non omnis, in princ. num. 9. ff. si cert. pet. & in conf. 505. num. 5.

Dissentiunt tamen à prædictis Alc. in l. 2. nu. 17. in fi. ff. de leg. 1. & Natt. in conf. 578. & 579. qui multis rationibus, & argumentis vitur. Et hanc existimo veriorum. Et si enim (vt dicebat Decius) donatio hæc sola penitentia reuocetur, sicuti & legata, attamen aut est expressa penitentia, aut tacita. Illa expressa debet probari quinque testibus, tacita verò duobus. Ita in legati reuocatione ob penitentiam, post alios tradunt Iaf. in l. iurifigentium, §. quod fere, in fine, ff. de pactis, & latè Carelianus Cotta in memorabilibus in verbo inimicitia. Et in hoc conueniunt donatio causa mortis, & legatum, vt dicemus in sequenti libro, in præsumptione 170. vbi agemus de reuocatione legati ob superuenientem inimicitiam. Penitentia tacita multis signis declaratur.

Primum est signum, si donator per nulla urgente necessitate, atque ita voluntariè alienauit rem donatam. Ita Dynus, & Bald. in l. si mortis, §. Paulus, nu. 2. ff. de donat. causa mortis, & in conf. 229. nu. 2. Imol. in d. l. Stichum. in fine. & ibidem Alex. & Florianus, Iafon. & Alciat. Ita quoque Ruin. in conf. 123. nu. 4. lib. 1. & in confil. 7. nu. 15. lib. 3. Marfil. in sing. 136. Chassaneus in consuet. Burgundiz, in tit. de success. rub. 7. §. 5. nu. 4. Soc. iun. in l. 2. nu. 3. ff. de leg. 1. Rola. in conf. 61. nu. 2. lib. 2. & Didac. in rub. de testam. in 3. parte, num. 18. Hos recēset, & sequitur Riminal. iun. in præcitat. commentarijs in inst. in tit. de donat. in princ. num. 1055. & nu. 1056. qui quinque argumentis satis validè comprobatur. Et ibidem nu. 1057. auctoritate Aret. in conf. 74. nu. 1. Crauet. in confil. 144. num. 10. Did. in d. 3. parte, num. 18. ac Olasc. in decisionibus Pedemontanis, decif. 118. ad fin. intelligit

quando donator alienauit rem illam singularem, secus si in vniuersum, vt si in omnibus suis bonis alium hæredem fecisset. Nam tunc intelligitur salua re donata illi instituisse, & idem scripsit Ioan. Lupus in rubr. extr. de don. inter vir. & vxor. §. 69. nu. 10. vers. ex quibus, & dicemus subsequenti lib. in præsumpt. 140. vbi de reuocatione legati per alienationem rei differemus.

Præterea alienatio hæc intelligitur, quādo vt verè res ipsa fuit distracta, secus verò si solummodo obligata. Ita Tiraq. in l. si vnquam, in verbo, libertis, num. 120. in fin. C. de reuoc. don. post Io. Fabri, quem recēset.

Secundum est signum penitentia donatoris, quando superuenit inimicitia inter donatorem, & donatarium. Nam hanc ob causam donatio censetur reuocata. Ita Alex. Iaf. & Alciat. in l. non omnis, ff. si certum petatur. Chassaneus in commentarijs ad consuetudines Burgundiz, in tit. de successio. rub. 7. §. 3. nu. 4. Rimin. iun. in inst. de don. in princ. nu. 1070. Et hæc quidem vera est sententia, etsi Dec. in d. l. non omnis, dissentiat. Ita quoque dicimus, quod legata per quæ huic donationi æquiparantur, l. illud. ff. de don. causa mortis, & l. 2. vbi Doct. ff. de legat. 1. reuocata dicuntur ob superuenientem inimicitiam inter testatorem, & legatarium, l. 3. §. vlt. ff. de adim. leg. & differemus in sequenti lib. in præf. 170. Et comprobatur text. l. cum hic status, §. quod si diuortium. ff. de don. inter virum, & vxorem. vbi donatio facta inter virum, & vxorem, quæ donationi causa mortis æquiparatur, ex quo morte donantis valet, reuocata censetur ob superuenientem inimicitiam inter ipsos virum, & vxorem.